Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



rohan

et nesciebat qꝫ Jesus eet Dicit ei Jesus Mulier quid plorasꝫ
quaeris Illa existimans qꝫ ortulanus esset dicit ei Domine si tu
sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti eum et ego eum tollam Dicit ei
Jesus Maria conversa dicit ei Rabi quod dicitur magister Dicit ei Jesus Noli
me tangere nondum enim ascendi ad patrem meum vade autem ad fratres
meos et dic eis Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum deum meum
et deum vestrum Venit maria magdalena annuntians discipulis qꝫ vidit
dominum et haec dixerit mihi Cum ergo esset eet die illa una sabbatorum
et fores essent clausae ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum
venit iesus et stetit in medio discipulorum et dixit eis pax vobis
ego sum Et cum haec dixisset ostendit eis manus et pedes et la
tus Gavisi sunt ergo discipuli viso domino Dixit ergo eis iterum pax
vobis sicut misit me pater et ego mitto vos in mundum Haec cum dixi
isset insufflavit in eos et dixit eis Accipite spiritum sanctum quorum re
miseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis peccata retenta sunt
Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didymus non erat cum eis qui venit
iesus Dixerunt ergo ei alii discipuli Vidimus dominum Ille autem dixit
eis Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum et mittam digi
tum meum in locum clavorum et mittam manum meam in latus eius non credam Et post dies octo iterum erant discipuli
eius intus et thomas cum eis Venit iesus ianuis clausis et stetit
in medio eorum et dixit pax vobis Deinde dicit thome Infer digitum
tuum huc et vide manus meas et affer manum tuam et mitte in
latus meum et noli esse incredulus sed fidelis Respondit thomas
et dixit ei Dominus meus et deus meus Dicit ei Jesus Quia vidisti
me Thoma credidisti Beati qui non viderunt et crediderunt Multa
quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum
qui non sunt scripta in hoc libro Hec autem scripta sunt ut credatis qꝫ
iesus est christus filius dei et ut credentes vitam habeatis
in nomine eius Dequi cap. xxi. bti Johannis

Ostea manifestavit se iesus iterum ad mare Tiberiadis
Manifestavit autem se sic Erant simul Simon petrus et
thomas qui dicitur didymus et Nathanael qui erat a Chana
galilee et filii zebedei et alii duo ex discipulis eius Dicit eis
Simon petrus Vado piscari Dicunt ei venimus et nos tecum et exi